



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs Illvstratvs

Bessel, Friedrich
Reinhard, Johann Friedrich

Helmeftadii, 1667

Capvt VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10996

tin. lib. IV. fol. 188. & extat Oratio Gregorii VI. qui antea Gratianus vocabatur apud Malmesburiensem ^{lib. 11. cap. 13.} ubi clarissimis verbis concessa hæc Carolo potestatis per Hadrianum asseritur. Adde his aliqua ex antiquo Scriptore Italico, Ottonibus coævo, quæ Eutropii libello adjuncta invenit quondam, & publicavit Matth. Flacius. Verba hæc sunt: Accipiente Carolo hoc (M.) regnum profectus est Romam, deditque ibi donaria multa, quæ usque hodie Romanum tenet dominium, de regni huius confinibus. Fecitque pactum cum Romanis, eorumque Pontifice, & de ordinatione Pontificis, ut interesset quis legatus, & ut contentiosas lites ipse deliberaret.

CAPVT VII.

* MS. cuius
Post * eius finem Saxonicum, quod quasi intermissum 1. videbatur, repetitum est, quo nullum neque prolixius, neque atrocius, Francorumque populo laboriosus susceptum est. † Quia Saxones, sicut omnes ferè 2. Germaniam incolentes nationes, & natura feroces, & cultui demonum dediti, nostræque religioni contrarii, neque divina neque humana jura vel polluere, vel transgredi inhonestum arbitrabantur. † Suberant & causæ, quæ quoti- 3. die pacem conturbare poterant, termini videlicet nostri & illorum pene ubique in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel sylvæ majores, vel montium juga interjecta, utrorumque agros certo limite determinant, in quibus cædes & rapinæ & incendia vicissim fieri non cessabant. † 4. Quibus adeo Franci sunt irritati, ut jam non * vices reddere, sed apertum contra eos bellum suscipere dignum iudicarent. † Susceptum est igitur contra eos bellum quod magna utrinque animositate, tamen majore Saxonum quam Francorum damno, per continuos triginta tres annos gerebatur. † Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc 6. perfidia pateretur. † Difficile dictu est quoties superati ac 7. supplices Regi se * dederint, imperata facturos polliciti sint, obsides, qui imperabantur absque dilatione dederint, legatos qui mittebantur susceperint. † Aliquoties ita do- 8. miti &

* MS. visus
 nem.

* MS. dederunt.

9. *miti & * emolliti, ut & cultum dæmonum dimittere, &* ** MS. molliti.*
 Christianæ religioni se subdere velle promitterent. † Sed
 sicut adhæc facienda aliquoties proni, sic ad eadem per-
 10. vertenda semper fuere præcipites. † Ut * non facile æsti- ** MS. Non sit ut*
 mare possis, ad utrum horum faciliores veriùs dici possent: *satis æsti-*
 quippe cum post inchoatum cum eis bellum, vix annus * *mare.*
 unus exactus sit; quo non ab eis hujuscemodi facta sit per- ** MS. nullus.*
 11. mutatio. † Sed magnanimitas regis, ac perpetua tam in
 adversis quam prosperis mentis constantia, nulla eorum
 mutabilitate vel vinci poterat, vel ab iis quæ agere cœpe-
 12. rat, defatigari. † Nam nunquam eos hujuscemodi aliquid,
 perpetrantes, impune ferre passus est, quin aut ipse per se
 ducto, aut per comites suos missò exercitu, perfidiam ul-
 cisceretur, & dignam ab eis pœnam exigeret * donec o- ** MS. usq; dum.*
 mnibus qui resistere solebant proffigatis, & in suam potè-
 statein redactis, decem hominum millia ex iis qui utraq;
 ripas Albis fluminis incolebant, cum uxoribus & * liberis ** MS. parvulis.*
 13. am * multimoda divisione distribuit. † Eaque conditio- ** MS. multimo-*
 ne à rege pròpositâ, & ab illis suscepta, tractum per tot an- *dam divi-*
 nos bellum constat esse finitum, ut abjecto dæmonum *sonem.*
 cultu, & relictis patriis cèrèmoniis, Christianæ fidei atque
 religionis sacramenta susciperent, & Francis adunati, u-
 nus cum eis populus efficerentur.

ANIMADVERSIONES

AD CAP. VII.

Cultui Dæmonum dediti] Saxonum gentem in colendis Idolis supersti-
 tiosissimam fuisse, omnium Historicorum consensu patet. Quinam
 autem Dii ab iis præcipuè culti sint, non adèd in vulgus notum est. Ar-
 bitror tamen communes cum cæteris Germanis adorasse Deastros, Tho-
 ronem, Vodanum, & Friggam, seu Fream, Vodani Uxorem, ut est apud Paul.
 Diac. Hist. Longobard. lib. 1. c. 8. nominibus tantum aliquantisper immuta-
 tis.